HIERONYMUS
Anfang 12. Jh.
Seite 22r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26327
Copyright: Admont, Benediktinerstift

sius qui multas uxores et concubinas habuit de
nuptiis uoluntatem. Nemo enim melius scire potest
qd sit uxor t mulier nisi ille qui passus e. Loqtur ergo in p
uerbis. Mulier insipiens & audax inops panis efficit. Cinus
panis. Nempe illis qui de celo descendit. Stratumq; subiunxit.
Terrigene apud eam pereunt. & in profundū inferi incurrunt.
Qui sunt terrigene apud ea pereunt. Vtq; illi qui secuntur
primū adam qui de terra est. & non secdm qui de celo est.
Et rursum in alio loco. Sicut in ligno uermis. ita perdit
uirum suum mulier malefica. Si autem asseueris hoc
de malis dictum esse coniugibus. & ego tibi breuiter
respondebo. Que enim mihi incumbit necessitas uenire
in dubium utrum mala utrum bona sit futura quā
duxero. Melius est inquit habitare in terra deserta. quā
cum uxore litigiosa & iracunda. Quam rarum sit uxo
rem sine his uitiis inuenire. no uit ille qui duxit uxo
rem. Vnde pulchre uarrius gemmus sublimis orator.
qui non inquit litigat celeps est. Melius est enim habi
tare in angulo tecti. quam cum uxore maledica in do
mo communi. Si domus cōmunis mariti & uxoris erigit
uxorem in superbiam & contumeliam uiro facit. quan
to magis sidiuior fuerit uxor. & in domo eius uir manse
rit. Incipit enim non uxor esse sed domina. & uiro si
offenderit migrandum est. Stultitia eiciunt hominē
in diebus mali de domo sua. similiter & mulier maledica
de propria domo. Assiduis quippe iurgis & cotidiana
garrulitate facit per pluere domum eius. & eicit eum
de ediibus suis. idest de ecclesia. Vnde supra ab eodem salo
mone precipitur. Fili ne perfluas. Et apostolus ad ebreos.

xxvii.